dam ab Augustino adhibentur: Ergo utraque in effi- cacia prædestinationis includitur ex sancto Augustino, & schola tota Theologica eam definitionem admittente: quod autem præscientia ibi ab Augustino, pars essentiiali prouidentia assignata scientia media sit facile ex eius definitionis verbis ostenditur: dicunt enim esse, præscientia beneficiorum Dei quibus consi- stentia liberantur, quicunque liberantur: Ait media gra- tia seu beneficia Dei de se, & natura sua indiffer- entia, ac solum extrinsecus à conforto libero indiffer- enti efficacia (ut ad eius liberatem secundam ex opere, ut fuit) quibus certissime liberantur quicunque liberantur. Sola scientia conditionata, seu media de coulensi, seu actu prædestinati conditionata, fuit, si donantur esse possent: ergo ea præscientia pars essentiiali prædestinationis ponitur Sancti Augustini definitio. Minor probatur: quia scientia simplici intelligentiæ strictè dictæ præcise solum datur gra- tiae auxilia seu beneficia Dei, quibus liberant abso- lute possunt, non autem quibus certissime liberantur quicunque liberantur. Scientia vero virois strictè dictæ posterior natura prædestinatione, cuius effectus solitus consensus est in eandem recedit sententiam. Au- gustini sententia alia 1. de prædestinatione Sanctorum capite decimo, ita prædestinationem à gratia distinguitur: *Inter gratiam porr. & præ- destinationem, hoc tantum intercipit: quod prædestinatio est gratia preparatio, gratia vero ipsa datur, ita enim preparationis solius ibi expresse meministi, quod id ad dictum causam, & effectus inter ipsam, & ga- tiam assignandam (quod solum intendebat) hanc ele- præparationis tamē nomine præscientiam implie- inclusit: sine qua præparatio gratiae prædestinationis necessaria, & de le, & ex eius definitione illa non poterat. Denique prædestinationis efficiens præ- conditionata constare saepè aliud etiam ag- supponit: sufficiat nunc ex ipso referre, quod le prædestinationis certitudine, & infrautilitate faciliter de correctè & gratia capite septimo, Horam (præ- destinatorem) si quisquam perit, fallitur Deus; si nemo eorum perit, quia non fallitur Deus: & puto ad Simplician, questione secunda, ac epiboli im- prædestinationis Sanctorum capitulo 16. Cuius re- tem miserebor, sic eum vocas: quandoq; sit cogi- re, ut vocantem non respuerit, & Ambrofus id alibi. Miserebor: cuius miserebor, ita paraphraticè explicit: misericordiam illi dabo, quem præfatio tuo coru- usserunt ad me.*

5. Eadem definitio sancti Thomas prima parte, questione 23. articulo primo. *Ratio transfigura- tio rationalis in finem vita aeterna: vbi subven- non pro actu intellectus diuini solium, sed pro no- interna Dei dispositione intellectuali, & affectiva al- falandum, & certo ac infallibiliter falandum pa- definitum posuit: ea quippe definitio præde- stationem ea accipiente, si fugita in Scopum cer- to, ac directo misse in illum destinata diuinitus; vt obseruabam controverbia sexta, de prædesti- d. i. questione prima, certamine primo,) rati- dum ita prædestinationem definit: ut scilicet, tam certò, & infallibiliter interna illa Dei ratione, & dispositione mediiorum efficacium ad vitam aeternam iturum, perenturcumque prædestinationem docet; atque in Scopum à Sagittario stremto milie fugient, licet non ita, ut hæc à Sagittario decreto, & infalli- bili ipsius imperio aguntur, & seruantur in Scopum, in vitam aeternam ferantur agantique Dei præ- destinatione prædestinati, sed suo arbitrio, & liberte- diuina prædestinationi, & gratia coagente, & co- operante, ut ex sancto Thoma & fide citoce, & ratione: quo circu, cum nisi ex certa, & infalli- bili scientia media conditionate cooperantes pa- definiri subdonandi auxili hypotesi transfigura- tio ad vitam aeternam, fugient in Scopum infal- villo vero sensu dici queat: eam ad mediiorum effi- caciem, quibus, ac non aliis, in vitam aeternam more fugient de facto, cetero transfigurationem prædestinationem, atque electionis talis restringit ell- in prædestinatione sanctus Thomas docet. Dicte in-*

etrum Thomam quæstione sexta, de veritate articulo tertio corpori certi huius ordinis causa prædestinationis ad finem, seu effectum ipsius rationem reddidisse cum ullum auxiliorum, que Deus in sua habet potest, ex quo disponere, ac preparare potest, immo præparat, ut prædestinatus non cadat, si autem cadat ut refugat, ac non pereat: quemadmodum ob cumulum infinitorum, vel pene infinitorum individuum speciei cuiusvis, que virtute omnipotentiæ suae coeret, ut vii percuti alterum, & alterum speciei succedat, & subficiat, in qua species conferuerit, perire haec absolute, & profluir corrumpi nequit: ac proinde species rerum incorruptibilis conferuntur: tametsi eorum individua singula, & quatenus in singulis suis individuis sunt, species etiam corruptioni subiectaeant. Si autem S. Thomas scientiam conditionatiæ euentus contingentis sub auxilio, si donetur, in prædestinatione inclusa, & electionem auxilij illius prædestinatione etiam inclusam, dirigere conseruat, fructu ad eam moralem solum certitudinem ex cumulo illo auxiliorum petitam requiret, ut certitudinem causalitatis prædestinationis ad finem, seu effectum, ad quem prædestinationis est expedit, siquidem ratione scientie eius media metaphysicam etiam certitudinem, Dei prædestinatione dignitatem, & debitam in eius causalitate ad finem, & effectum inueniret. Non ergo eiusmodi scientiam agnouit: vel falserum noluit eam prædestinationis inferire: sedum in ea includi, video in testimonio huius interpretatione ad rem præsentem vexatos Doctos Recentiores. Nam, quod rem scientie mediae, S. Thom. agnouit, confit ex eius testimonio pluribus datis tom. I. de Dno vno controv. 2. de scientia.

6. Hæc d. 22. cap. 3. numero 18. responderet: non egisse ibi S. Thom. de certitudine formalis causalitatis absolute prædestinationis ad salutem, sed de obiectu auxiliij congrui ad ipsum: quæ, cum in unoquoque nulla sit, ad moralē illam cumuli auxiliorum occurrit: ut in hac solutione quicq[ue] tandem Arriaga tom. I. in 1. parte, d. 33. fecl. 1. numero 5. ver. Secunda ad Diuum Thomam. Hæc solutio dat, nihil S. Thom. nec de scientia media, nec de certitudine formalis prædestinationis, quodam finis obtentionem, & causalitatem cogitat: immo nec ultra obiectuum illam moralē certitudinem aliam formalem meliorem illi occurrere: cum tamen ex obiectu, formalis certitudo statim occurrit, ac defumatur: quare nec de obiectu certitudine futuri contingentis ex necessitate consequent, & suppositione quod sub conditione illius auxilij, & medij obtinenda esset salus, nec de formalis scientie, & prædestinationis cogitasse tunc S. Thom. videtur. Id vero difficultum est in eo, qui hoc ipsum apprime novaret, ac toties docerat: (cūlcer morali solum illa, & obiectu, atque inde formalis etiam prædestinationis, & minus, quam Dei prædestinationem decebat, nobiliter contentum ad nobiliorum aliam, ac prædestinatione diuina dignam certitudinem metaphysicam, cum ex parte obiectu sui, nemp conditionate futuroris contingentis salutis æternæ sub eo auxilio & medio) tum ex parte sui, & formalis certitudinis metaphysicæ, quam prædestinatione ratione scientie media inclusa continet in re momenti natu studiata doctrina sua, vel sui postus, oblitum S. Thom. non recurreret. Secundo respondent Recentiores apud cunctem Arriagam ibidem numero 4. verba, ut ad Thom. exordiar, adhuc præsupposita scientia media à S. Thom. in ea solutione locum eius solutioni fuisse: quia eadem posset scientia media videri multis vocationibus non confundens. Unde ad cumulum omnium pro certitudine euentus recurrente videtur, ut S. Thom. recurrat, quasi eadem scientia media, cui determinatè contentulus ille sit, si donetur Deus nesciat. Nec satis est, quod pro hac solutione, seu interpretatione ipsi etiam probata responderet Arriaga: forte non confundetur illi, ni alii prius vocareret quibus scilicet, ut non ceteris, fracta, tamen aliquantum vocati perutacia fuerit, ac durities emolliita: venum tunc vocationes illæ anteactæ, ac mediis illis voluntatis emolliio ad hypothesim scientie mediae confessus sub determinato auxilio, & ita disposite per-

teatas vocationes voluntatis spectant: quin ad moralē consensus necessitatem ex toto cumulo, & collectione auxiliorum in Dei potentia contentorum recursum S. Thomæ esset; sed ad emolliitionem voluntatis illius per tot antiores vocationes, & confidens tandem conditionatum eius ita dilposita sub vocatione postrema: quod totum scientia media determinata, ac metaphysicæ certa eventus sub unoquoque ex anterioribus, & postremo auxilio, & vocatione habetur. Mitto aliorum Sapientum eius testimonij subtilem interpretationes, nec eam ineditatas difficultatis ex eo propositæ.

7. Mens igitur Sancti Thomæ eo loci ac difficultatis inde ortæ, & proposita solutio in apero esse videatur: cum scilicet ad cumulum auxiliorum recurrisse pro ostendenda certitudine effectus, seu finis prædestinationis obtinendi non quasi oblitum satis ipsi scientia media, & obiectu: ac formalis eius metaphysicæ certitudinis, & infallibilitatis effectus ex purificata medijs conditione per electionem eius, quam dicit, & prædestinationis, quam confitit, immo verissimum illius valde memorem ad cumulum auxiliorum recurrit: non quidem, ut inde moralē certitudinem scientie mediae, & subinde prædestinationis, qua includitur, euentus contingentis absolute futuri purificata conditione, sive obiectuum sive formalem offendat: sed, ut metaphysicam certitudinem, cum obiectuum futuris absolute finis, seu euentus contingentis, tum formalem scientie mediae, & prædestinationis purificata ex ipsis conditioni demonstraret. Cum enim contra virumque, & obiectuum, & formalem certitudinem metaphysicam euentus contingentis, purificata etiam conditione, obiecti posse videtur auxiliij cuiusvis, seu medijs purificandi intrinsecam indifferitatem atque cum omnione contingentis euentus, seu finis, ad quem prædestinationis apponitur absolute, & purificatur, physicam etiam coniungibilitatem: quare & posse metaphysicæ, immo & physice contingere, ut prædestinationis aliquis periret, ad cumulum auxiliorum in Dei prædestinationis manu, & omnipotentia clausorum recurrit: cui toti collectiū sumptu nulla, quantumvis rebellis rationalis creatura poret ita resistere, ut nulli ex illis sit confusura. Deique subinde dominum ad liberas etiam operationes ab ipso pro libito obtinendas excutias. Inde enim sit, ut cui determinatè confessus sit, ne cadat, vel permitta cadere refugat, si à Deo donata, ipsius scientiam medianam non lateat, quam de confusione rebellis creature, que nulli ex toto cumulo auxiliorum confusura esset, non haberet; nec posset eam prædestinatione vt d. 3. quæst. 1. ostendimus: quare, ut certitudinem metaphysicam, scientie mediae, & prædestinationis, que eam includit, purificata per ipsam conditione finis, seu euentus absolute apponendi ratione consequentis necessitatibus ad cumulum auxiliorum in omnipotentia clausorum recurrit: non, ut moralis (seu quicunque illa sit, de quo post modum quæst. 1. citata) contentus prædestinationi necessitate toto illo cumulo auxiliorum suborta certitudinem causalitatis in finem, seu euentum contingentem absolutum purificata conditione explicaret, arque defendet: id quod & verba ipsa Sancti Thomæ, & exemplum, & doctrina sua consequentia demonstrant. Ex ea vero doctrina Sanctus Thomas nobis probata, fundataque quæst. illa 1. atque Recentiorum difficultibus expedienda de cumulo auxiliorum, cuius omnibus, & singulis collectiū sumptu nulla creatura restituta sit, positive de facto restitete, difficultis ad speciem, obiectio est contra necessitatem directionis scientie mediae ad medium efficaciam electionem, de qua, & aliis certamine legente.

CERTAMEN II.

A ratione eadem conclusio & libertatis nostræ stabilitur cum diuina prædestinatione concordia.

1. Robatur à ratione conclusio: quia prædestinatione intrinseca, ac natura sua est certa, infallibilis, quæ causalitatibus respectu finis gloria, & intermedium contingentium, quorum, seu ad quæ prædestinatione effientia finis infrastrabilis est: neque autem natura, & essentia sua infrastrabilis esse, certaque, & infallibilis causalitatis respectu finis intenti, gloria scilicet prædestinatio, & intermedium contingentium, quorum, & ad quem finem prædestinatione est intermedium efficacium effectus, que prædestinatione completa nisi ex scientia media de futuritione conditionata effectuum intermedium contingentium, & gloria subinde libere à prædestinatio sub eis mediis obtinenda direzione habeatur à voluntate diuina; ergo scientia media eorum conditionata sub eis mediis futurorum requiri ad prouidiam: immo & ipsam cum electione illorum intermedium essentialiter ingreditur, & constituit: consequentia quod directionem est evidens, quod constitutionem, & ingressum scientia in prædestinatione efficaciam. Nam alioquin prædestinatione formaliter, & intrinseca infrastrabilis non esset, nec certa, & infallibilis causalitatis, sed solum præluppofitius, & extrinseca ratione scientia media, quam extrinsecus supponit. Major est constans dogma Theologorum adeoque de se rationis lumine constans, ut inde Partici Hereticorum Prædestinationes nostrorum voluntatum, & humanarum actionum libertatem cum infallibili intrinseca certitudine, & infrastribilitate prædestinationis ipsarum confitere non posse conferat: ac subinde libertatem eatum proflus negarent: cui difficultati compонendæ, & eorum eroi ex ea suberto confutando diu multumque à Patribus, Boetio, Augustino, & aliis preteritis Anselmo fuerit insudatum; quin tanto, tamque felicissimo labore obtinet poterit, ne difficultate eadem ex prædestinationis diuina certitudine, infallibilitate, finitate, & effectus sui infrastrabilitate in eundem errorem acti postea alii Heretici fierint, Lutherani, & Calvinisti, demum à proximo secundo in eo persisterent nostrorum actionum virtute diuina prædestinationes, seu præfinitiones ipsarum à nobis irrestribilibus libertatem negantes, ut vidimus rom. 1. de Deo uno controvèrsia 3. d. i. quæstione quarta & sexta.

2. Minor autem probatur: quia, ni scientia media dirigens auxiliorum, seu intermedium efficacium electionem, & cum hac prædestinationem constitutus admittatur, alterum è duobus necessario sit: nempe vel prædestinatione frustrabilem de se, & natura sua esse nec certa & infallibilis causalitatis in liberis suis effectus, & finis, contra statutam, fixamque apud omnes maiorem, vel effectus, & finis prædestinationis contingentiam, & libertatem perire contra id, quod in quæstione praesens supponimus, atque edocet fides: vel enim prædestinatione nostrorum actionum, & tandem gloria, seu electio illa respectu intermedium efficacium ab intrinseco efficax, etiam respectu actionum nostrorum, & gloria efficax est, ac proinde eius efficacia, siue mediate, siue immediate ad absolutum actionum nostrorum, & gloria existentiam se extendit, vel nec immediate, ac le ipsa prædestinationis illius intrinseca efficacia ad absolutum actionum nostrorum, & gloria existentiam terminatur, seque extendit, nec mediate ratione intrinseca efficacia intermedium, & auxiliorum ad actiones nostras honestas, & gloria meritorias apponendas: quia, nec eam voluntatis Dei efficax est, nec media, & auxilia ad eas obtinendas electa, & disposita Dei prædestinatione efficacia essentia sua, & intrinseca sunt, sed in-

differentia de se, & cum omissione actionis nostra ad quam prædestinatione diuina eliguntur, ac disponuntur componibilita. Si primum: cum, tam Del voluntas, & prædestinatione, quam media ad actionem nostram, ac subinde gloriam obtineandam prædestinatione electa, & disposita illas natura, & causalitate physica antecedant efficacia intrinseca prædestinationis, seu effectus, & mediiorum: quare, & determinatio & necessitas, ut ille absolutus sum antecedens illas natura, natura & causalitate erit: ac subinde eam liberatem euenerit: ut rom. 1. de Deo uno controvèrsia 3. d. i. tota præf. q. 6. à ratione effugis omnibus obturatis cunctis, si autem dicas secundum: cum, nec in prædestinatione, seu electione mediiorum indifferentium prædestinatione electorum de se efficacia intrinseca actions nostre, & gloria absolute apponenda sit physica & metaphysica necessitas, ut apponamus absolute, nonque effectu, & fine non carcat prædestinatione in ipsa causa, que medius non sit, que cum indifferentiis causis & mediiorum intrinseca contradictione repugnat: ergo, & prædestinatione effectu, & fine, ad quos prædestinatione est, natura sua frustrabilis, nullaque physica, aut metaphysica causalitatis certitudinem in finem & effectu suis contingente, & libere obtinendis habebit in scientia media de conditionata futuritione potius sub his, vel sub illis meis eorum, que prædestinatione apponenda sunt: electionem dirigat atque ea prædictio, tunc diximus constituta.

3. Hac quidem ratione non solum conclusio nostra, sed & libertatis, & meriti actionum facultatis Prædestinationes, & deinde gloria, ad quam prædestinatione (suo quique gradu) sunt, cum certitudine, & infallibilitate causalitatis in ipsa, & infrastribilitate diuina prædestinationis concordia probatur: & claret, & ea sane iam pridem contra Prædestinationes à Panis, adiunguntur, & tradita, & ab Anselmo ad Scholasticum morem certe proximis in sua concordia digesta, a iisque saepè, ac per partes (ut se occiso datur) sparsim (sicut & Scholastici veteres præficerunt), ut constat testimoniis, quæ ex Patribus, & Scholasticis prolixius tota fere controvèrsia 3. citata. Cetera ex sparsis his Patrum, & Scholasticorum testimoniis penetratis subtiliterque ad Scholasticam formam & dictum contextis, ac præcipue ex profunda concordia Anselmi meditatione, atque intelligentia, concordia eadem opusculo integro rituli eiusdem edito noster Ladouicus Molina ad eum prouexit, & illustravit illas. Author magna sui & Societatis nostra gloria apud Scholas, non immerito, a plurime habetur, calice magnam partem, viderine alii in meliore, & alieas faciunt, ut constat ex citata illa controvèrsia 3. ex ibi assertis principiis, & controvèrsia 4. de voluntate. 4.6. quest 2. & controvèrsia 6. de prouid. d. 1. o. 2. contum, breui, & facilimè concordia hæc explicatur: libenter, quippe arbitrii, & operum, ac meritorum prædestinationis, ac subinde consequentiis gloria ab ipso, cum nullis in prædestinatione sit physice cum metaphysice cum prædestinatione absolute meritis prius natura connectus, nosqua intermedium electionem continet: cuius efficacia intrinseca erga absolutum eorum appositione folium ibique silit, nec veterius ad prædestinationi opera merita & gloriam absolute apponenda progradientur: nec ratione scientia media, que electionem illam dicitur, atque in prædestinatione clauditur: cum euinandi ratione præficiata etiam conditione cum absolute operum, & gloria prædestinatione positione, physice aut metaphysice intrinsecus connecta non sit, sed exteñtus folium connectione logica, & arguita (ut sic loquitur) manu accepta & eadem obiecti sui conditionari cum sequitur absolute, uti conditio, & hypothesis, sed qui ratione conditionate est, purificari: neque ratione inveniuntur gloria prædestinationis ad eius prædestinationem præsupposita, quam intrinseca efficaciam non esse: immo neque illa possit citatis locis ostendimus: nec ratione intermedium efficacium ea electione preparatorum disputationumque: cum de se, & intrinsecus indifferenter fuisse solumque extrinsecus ab opere ipso prædestinatione conditionate futuro efficacia: sit plane, nullam physicam efficaciam, determinationem, aut necessitatem anteceden-

dentem natura, & causitate, sive ab intrinseco prædefinitionis, sive ab extrinsecus presupposta intentio gloriae prædestinati, sive à mediis efficacibus prædestinatione preparatis, & absolute dispositis ad prædestinati opera gloriae auctoritatem absolutam precedere: quare nec operum prædestinati, nec subinde gloriae per illam obtinende contingentiam ac libertatem ledi prædefinitione vllatum posse: siquidem sola determinatio, & necessitate antecedente natura, & causitate respectu operis faciendi, sive ut opus sit, laetari potest arbitrij auctoritatis eius absolute libertas, ut citatis locis ex Boëtio, Anfélino & ceteris patribus, & naturali ratione demonstrauimus latissime. Vnde altera concordia pars ex parte libertatis arbitrii, & operum nostrorum cum diuina prædestinatione facilis est, atque ut reor aperitissime demonstrata.

4. Neque vero ex parte certae atque infallibilis causatatis prædefinitionis, & infrautilitatem ab effectu, & fine, ad quem prædestinatio est, ob arbitrii nostri auctoritatis effectus, & fines prædefinitionis indifferentiam & cum eorum defectu, & negatione impossibilitatem seu componibilitatem, ac subinde in eorum effectuum, & finium positione, & auctoritione contingentiam, & libertatem ab arbitrio nostro exercitam, concordia ista defecit. Et enim, licet ob præstatam arbitrii indifferentiam, effectuumque, & finis absolute ab ipso appositorum contingentiam & libertatem, quam postea etiam prædefinitione ostendimus) necessitatem causit, sive in absolute euando respectu illorum habere prædestinationem nequeat: quare neque necessitatibus cauandis, & antecedentibus ad illos absolute apponendos, innixam certitudinem, infallibilitatem, atque infrautilitatem, abs, cum scientiam medium de futuritione conditionata finis, & effectuum prædefinitionis contingentiam, ac liberorum sub mediis eligendis, electionis ipsorum directricem prædefinitione claudit: quare, & secundum intrinsecum sive, nempe scientiam medium, futuritionem finis, & effectuum conditionata, sive media eligantur, & apponantur, supponit, atque electione coram absolute, in prædefinitione item intrinsec, & effectu alter inclusa, absolute apponantur atque contingentiam illorum conditiones purificent: neque cum contingentia, & liberi finis, & effectus conditionate sub eisdem mediis futuri prædefinitione posita (qua media, seu conditiones casalem purificat, & absolute ponit) absolute esse negatio finis, & effectuum prædefinitionis vllatum posset: quare nec prædefinitione fine, & effectibus suis frustrari: sed illos certò infallibiliter, & necessariò obtinebit: ea scilicet necessitate illos obtinendi, sua conditionate futurum purificata, positaque absolute conditione sua debet in absolute futurum transire, atque illico transit, eaque impossibilitate deficiendi à futuritione absoluta, qua conditionate futurum absolute posita, & purificata conditione sua non esse futurum minime potest: ex reo nec physica necessitas cauifitatis, & antecedens natura futuri conditionare, purificata etiam conditione ad se ipsum absolute futurum, sive ad absolutum sui futuritionem est: scitur, nec defectus, & negationis sui absolute impotency physice antecedens, ac pro natura priore physica defectus sui impossibilitas, ut patet, ac ostendimus contraut 4. d. q. 2. tert. sed tam necessitas effendi absolute purificata conditione, quam impossibilitas, seu impotency non effendi tunc absolute logica, arguita, & consequentia, ac metu conseqeuens est: quia nimirum id, quod est, & ex suppositione, eod sit necesse est esse: ac subinde non esse est impossibile. Ea quippe solum necessitas eiusdem ad lepsilonum, ut sit, & impotency seu impossibilitas, ut non sit esse cogitarie potest. Constat autem consequtentem solum necessitatem effendi, & impotentiam, seu impossibilitam non effendi contingentem, & quarumvis liberi effectus, quādūlī est, sive ex suppositione, quod sit, ipsius contingentia, cauifitiae sua indifferenter minime offere. Dīsi autem prædefinitionem necessitatem consummacionem cum absoluta finis, & effectus sui absoluta exiftitia, ac proinde cauifitatis eorum certitudinem infallibilitatem, atque infrautilitatem ex presupposta scientia media (quam præsumatio includit) futuricio-

ne conditionata illorum sub mediis eligendis, & medium purificatione sollemmodo, venire, esse immo illam ipsam, quia conditionata futurito, contingentis cum sui absoluta futuritione, posita absoluta conditione habet. Tum illius absoluta futuritione, & scientia media, ac ratione ipsius prædefinitionem, extrinsecus, mutuoque acceptam sollemmodo: si cuius intrinsecam aliangum futuritione absoluta contingentis, purificata conditione prædefinitionem admittas, rem admires contradictionem, & impossibilem, ac simul contingentis libertatem eueres. Verumque ostendi citatis proxime locis, præterit ultimum.

5. Rationes alias afferunt Doctores nostri, Soarius cum suis prefontibus antecedenter, cum gloria per merita prædestinati obtinendre, tum ceterorum actuum liberorum, & effectuum contingentium ipsius: quia (inquit) impudenter quis efficaciter intendat, ac præficiat sive, aut effectura ab alterius voluntate, & arbitrio pendentem, quin prius media potiora, tutoria que ad eis voluntatem flecentiam in illum, ut ab ea finem, seu effectum obtineat quam possit certo rimitur mente iudicatio, & discursu ex notis experimento simillimum genio, & inclinatione illius, à quo effectus libere obtinendas præficiendas est: perquirat & concueretur: saltem is qui futuri conditionate eventus sub hac, vel illa hypothesi, & peritissimis rerum scientiam certam habere non potest, ut in viis cordatis, & sapientibus quotidie experimur: quo suo studio sat ostendunt tortis se nubibus, & animi, & mentis contentionem, quam possunt, certam contingentis conditionati scientiam indagare prius, ut post modum illud sit, quo absolute efficaciter ex parte sua velint, & ab alterius libertate obtinere prudenter intendant, atque ex intentione aptiora, illique obtinendo ex præcognitis securiora media elegant, & apponant: ergo ad absolutam efficacem intentionem finis, & effectus contingentia, & libere ab alterius arbitrio obtinendis prudenter concipiendam exceptandam est ab ita illum absolute efficaciter intenturo, quam possit certissima scientia euentus, seu finis ab alterius arbitrio obtinendi, sub mediis indifferentibus defere, ut libet coram eis securius oportet: atqui ita inventum, & præsumptum absolute, & efficaciter Deus finem gloriae, & effectus liberos prædefinitione, atque ab eius arbitrio obtinendos, potest habere certam eorum, atque metaphysice infallibilem conditionatam scientiam: ergo, ut prudenter absolute efficaciter, & antecedenter eos intendat, ac præficiat, mediaque efficacia ex ea intentione efficaci deinceps eligat, & apponat, scientiam medium finis, & effectus illius contingentis, & liberi prædefinitione expectare debet, ut prudenter illos efficaciter intendat, ac præficiat, mediaque ad illos obtinendos suavis efficacia prædefinitione sua eligat, & apponat.

6. Item: quia in quoconque efficaciter antecedenter intenturo, & preparatu media ad effectum contingenter præsumere efficacis sua voluntatis infrautilitatem, quantum potest perfectio, ac prævenire minus, quam potest, explorata. Deoque indigna imperfetto. Hoc vero ratio supponit possibilitem diuinam præfinitionis, seu voluntatis diuinam absolute efficacis & antecedenteris de fini & effectu nobis contingenti, & libero, quin huius, & arbitrii nostri libertati officiat, dummodo voluntas, & præfinitio illa per scientiam medium regulatur; eam vero sententiam aperte, ut arbitrio, confutavimus contraut 4. d. 6. quæst. 2. Ad præsens autem missis nostri Herize impugnationibus quae inibi à nobis datas recident tandem, ut virgant. Inquiero an electione mediorum efficacium cum gloria auctoritione coniungendorum ordinis prædefinitionis a Deo habenda cam intentionem efficacem, & antecedenter actus nostros liberos, & gloriam per illos, ac subinde contingentem obtinendam necessario requirat, necne? Si non requirit, scientia media ad prædefinitionem titulo antecedenter efficacia intentionis gloria ad prædefinitionem, & electionem mediorum efficacium, certo cum gloria prædestinati, & infallibiliter coniungendorum non requiritur. Siquidem ex non efficaci gloria intentione, & electione, & prædefinitione illa haberit a Deo absolute potest. Requiri autem per hostem non potest, qui

312 Contr. VII.de Prædestinatione.

qui ex ineffaci haberi utramque à Deo absolute posse
constanter defendant. Sed nec per rationem potest re-
quiri : quia cum præsumtio illa principium efficientie pro-
ximum , & sine quo non electionis , & prædestinationis
sit , à qua sola , vel in hypotesi , vel absolute auxilia ,
& media illa efficacia certo , & infallibiliter coniungenda
cum gloria prædestinata purificari , apponere pol-
lit ; implicat ante prædefinitionem electionem , & præde-
destinationem scientiam medium praedicta ut eas regulas ,
quas efficientialiter & necessario supponit.

CERTAMEN III.

Prædestinationis ex ineffaci gloria in- tentione per scientiam medium con- stituenda ratio vltior.

L Emissus noster de auxil. cap. 4. num. 16. Molina
1. part. quæst. 12. art. 1. ad 2. quibus Herize sub-
scribit citatis tract. 3. art. 22. cap. 3. num. 25. probant :
quia , etiæ codicem auxilio , sub quo gloria , & effectus
noster contingens liberæ habendi effent , ex quacunque
scientia simplicis intelligentie solum electio , & dato
gloria , & effectus noster contingens absolute , & liberæ
obtinenter : ac proinde neque gloria effectus contingens
abfoluta existentia , neque coram cum auxilio
eiisque causality absoluta eo posito coniunctio direc-
tione scientie media ad eius electionem , & appositionem
absolutam , non habeant opus : aut perfectio diuina
providentia ex parte Dei providentis requirit ut
ante auxiliis , & mediis de iudicentis electionem ,
& appositionem abfolutam , que sub illo futurum ,
vel non futurum sit , si adhibeatur , adhuc ex ineffaci
finis intentione , à Deo præfascatur ne caco
modo , & in certum rendat , id quod latè ex scriptura
Augustino , & Ambroso recitat : nō certam. n. 4.
sub finem. Herize num. 25. & 26. fere toto probare
contendit : ita vero , ut ad providentiam omnem diuinam
obiciū liberam saltem ex ineffaci etiam finis intentione
generis sumptam , cognitionem cœntus liberi sub
medio eligendo si daretur , spectare Patres docuerint.
Hoc autem generalius est , quam testimonia Patrum , qui-
bus probat : cum haec de speciali providentia specie ,
scilicet prædestinatione finis : neque iam ab autoritate ,
sed a ratione de necessitate directionis scientie media
ad efficaciam mediorum electionem à Patribus , & à
tota nostra schola asserta res agatur ut doctrina corum
& nostra ratio Theologica assignetur in huius Docto-
ris & reliquorum Vasquez nostri aëclarum sententia negante
prædestinationem efficaciam voluntatem gloriae
prædestinati , supponi nec includi. Secundo non sati-
facit obiectio à se allata numero 26. quod ex ineffaci
intentione finis , sicut efficacia media apponere ad illum
obtinendum , neque obtinere Deus cogitur ita mediorum
efficaciam conditionata scientia , sed solum possi-
bilitatem efficientiae , sive actitudinem , & corum de se
se conducentiam ad finem simplici intelligentia præ-
nolle debet , habebitque fatis , ea siquidem scientia
nouit , quod fatis est , ut cordate apponat media , qui-
bus finis absolute possit obtineri , quod solum inten-
tio illa , vera quidem , & seria , sed inefficax re-
poscit.

2. Quod si vltetius medium non solum aëlium sit ,
sed de facto effectuum , & extrinsecus efficax , eoque
finis , seu gloria de facto obtineatur ultra Dei intentio-
nem non erit , (nendum contra illam) cum illam non
esse possibilem sed absolute existentem , & de facto à
prædestinatione obtineri verè desiderat Deus & intendat.
Confirmatur : quia providentia diuina erga reprobos ,
& prædictos vere diuina , ac Deo digna providentia de
eorum salute est , atque ex seria , vera intentione ,
etiæ ineffaci , salutis ipsorum à Deo præhabita , ac
præsupposita est : immo , ut Herize , tam hic , quam

alias sepe supponit , atque eiusdemque feieratis , & pro-
penitentis in ipilonum , atque in prædestinationis fal-
lentem : ergo in ea prouidentia salutis reproborum ex aqua
serietatis & propensionis in ipsam , atque in faltem præ-
destinationum intentione præsupposita , nulla est Dei in-
digna imperfectione ; atque ex simplici solum intelligentia
conducientia mediorum prouidetur per ilam reprobis de
mediis ad salutem : ergo in primis de ratione prudentie
Deo digna prouidentia erga effectum contingente
& glorijs , seu finem quemque libere à nobis
obtinendum ex ineffaci corum intentione habet , non
est media ad gloriam , seu finem contingentem amplius
quam ex scientia simplicis intelligentie de conductiva
mediorum ad ita prætentam gloriam , seu finem
contingentem similes obtinendum de mediis ad ipsum à
Deo prouideri : quandoquidem species aliqua præ-
dicens verè diuinam . Deoque digna ex simili ineffaci
intentione salutis reproborum à Deo solum simplici
intelligentie de mediorum conductentia ad ilam ob-
tendum habentur . Infero secundo ergo perficit , fene-
digne Deus ex sola scientia simplicis intelligentie de
conducientia mediorum efficaciam de facto prouidentie de
mediis ad salutem similiiter ineffaci acer nec magis præ-
tentia prædestinationis . Negas etiam præsentiam hanc : quia
ne temere , & caco modo media apponat ultra con-
tentiam intrinsecam eorum ad suam prædictam debet
quem finis effectum habitura , ne impunita , nec lo-
tis proutidem , prouidentia sue effectus exipiant . Con-
tra : ergo , & præmoñe debet non solum scientia simplicis
intelligentie conductentia mediorum , de quibus
prouideret reprobis : ad salutem , sed etiam scientia re-
cta de reproborum abfatu , & perditione prænolle debet
quem exitum mediis sufficiens in his prouidentia la-
eligenda & adhibenda habitura fuit , vi de mediis illis
ad salutem absque imperfectione , fene digna Dei
reprobis prouideat : ne imperatum ipsum , nec latè pro-
uidum cœntum prouidentia illius fuit erga salutem re-
proborum exipiant . Hoc autem & antecedenti contraria
cit & dogmati Theologico , in quo ipsum finitum
nempe Deum non prouidere reprobis de mediis ad salu-
tem ex scientia media perditionis conditionata solum
sub eis mediis si eis donentur , seu quia præsumunt
sibi eis mediis pertinere : id enim est , ut pietate de-
indignum . & leniente voluntati salutis eorum , & vero do-
lori deorum perditione aderum , & quod si industra
cos perdere voluisse .

3. Sed enim ratio hæc nostrum Molina Lefili , &
Herize si non ex prædicto universaliori prouiden-
tia diuina , vt postremus voluti reddatur) ne posita ei
nobis afflusa , & impugnationes incurvantur : sed ex
prædicto speciali prouidentia perfectissima (simili-
modi prædestinationis Sanctorum ad gloriam est) dupla
fundamenta ex factis à nobis principis contraria de
prouidentia sua consulet . Primum ex suppositione
quod æqualiter ineffaci gloria intentione , & proprie-
tate , vt illam tam prædestinati , quam reprobis ob-
tinent , præsupposita & prædestinata p[ro]ximam
sua prouidentia perfectissima (prædestinatione simili-
rum) de mediis efficacibus ad eam de facto obtinendam
prouidentia : cum tamen ex vi intentionis , & propensi-
onis affectu Dei ad virorūm gloriam prædestinati
qui sunt , sufficiunt solum , nec de facto effectum
habitura : illis autem qui non sunt reprobis , efficacia
auxila , & media ad gloriam habitura , que adhuc
effectum posset prouidere : si enim ex speciali ratio
prædestinationis eveniat , impugnationes , & adhiben-
da contra Herize producita celabunt , ratione que acci-
tatis directionis scientie media ad mediorum efficaciam
prædestinationis prouidendorum electionem , & apposi-
tione absolute prædestinatione exercendam , que in-
sufficientiam solum per reprobis prouidentia & elec-
tione locum non habeat assignabitur : speciali autem
ratio cur electio mediorum efficaciam prædestinationis
inclusa , ac subinde eorum absolute apollo ex aqua
ineffaci ; nec magis propensio ad prædestinationem , quam
ad reprobis salutem intentione præsupposita per scientiam
medium dirigit , ac regulari debeat , fecas autem eis
mediorum sufficientiam solum in prouidentia posse
probare habenda ex dictis contraria . de prouidentia d[omi]ni

quæst.

quest.2.cert.2.à num.8.& cert.3.petenda est. Etenim licet ex vi àequae inefficacis illius intentio nisi gloria, & salutis utriusque efficacis medijs ad salutem electio, & apponitio habenda à Deo necessario non sit, haberi tamen possumus à Deo potest: vbi autem à Deo absolute habetur dubio procul fini gloriae pra intento obtinendo ab eo, respetu cuius ea electio habeatur, directe quidem magis conductus, ac inferitur: eligere autem, & apponere medium fini vere ac serio prementio directe inserviens, & conducens, non vero ex scientia conductivitas, & in servitatis, (vt sic loquar) ipsius directio ad ita praesentum finem serio illius finis intentiou, vt non aduersetur, minus sane concordat; ac plane cument curam, que habent absolute ex ea intentione ab eligente medium illud potest negligi plane concurrit: quod quidem electionis, & specialis illius prouidentia, atque de medio efficaci ad finem ita prouidentis praedestinatio ipsumque praedestinantis imperfector est: quare, & cetero modo, ac temere de medio illo prouidetur, ut imparatum, & quasi involuntarium gloriam absolutum cumentus Deum praedestinatorem ingenuam virtutem ipsi iure vertetur: in prouidentia vero medius sufficiens ad salutem erga reprobrum habita, cum nullo alio, quam intrinseca, & ceterali conductiva ad finem praesentum medium conducta, & inferatur que tota simplicis intelligentia, scientia sola Deo elequo innotescit. Scientia vero conditionata que sub eius hypothesi à Deo electio habetur haberi: potest non obtinenda gloria reprobri, si illud medium eligatur & apponatur, sicut, que praesentio fini adseratur, atque eius intentionis presupposita ab eius electione Deus retardat, nec potest inducere, sicut: quod ad eiusmodi electionem sola simplicis intelligentia de conducta mediaj illius, & possibilite gloriae obtinenda per illud inferatur: quia ea potentia absolute gloriae a reprobo obtinenda per eiusmodi electionem, & prouidentiam solummodo constituta dico noscitur, tametsi non ut diligens, & inducens ad eam electionem, sed ab ea potius Deum retardans comitantur solum scientia conditionata de non obtinenda gloria sub illo medio, ita prouidentia, & omnino Deo adiutor.

4. Secundum rationis eiusdem tuenda sumum etiam fundamentum adhibendum est ex dictis ead. contr.6.d.3; 6.cert.2.a.4, & cert.3.n.5, & vbi ferientur, & propensionem vera intentionis diuinæ (inefficacis tamen absolute) erga finem aliquem causis secundum liberti contingentem (qualis est finis gloriae à creature rationali arbitrio etiam suo obtinendo minutissimum, quam Scholastici exterius perseruantur inter plura alia scitu digna), comprehendimus: intentioni vero, ac serio Dei inefficacia erga eiusmodi finem tantam ferientis, & propensionis affectus erga ipsum diceretur, & iniquitatem, circa effaciam absolutam atque intra inefficaciam absolutum contenta posse competere, vt Deum inefficaciter eum finem intendenter ad media columnmodo efficacia eligenda, & apponenda vi propensionis in finem illum intentionis (intra inefficaciam tamen) summa determinante antecedenter possit. Id autem minus res Theologias habentis scrutantibus, atque de diuinis ad humanorum effectuum normas, & leges definitibus, difficile, adeo cert. illo 2.à n.4, rationibus Theologicis complanamus, atque emolliuimus, vt, an demonstrauerimus, lis, vt minimus alius iure esse possit: iniquitatibus alias ferientis propensionis affectus in finem veris, ferenti intentionibus intrinsecus certam, illo 3: reperimus, & adeo in aliis carum minima, vt ad efficacia media eligenda Deum intendenter non solum adgere, sed vel agere nequeant, vel mouere; sed ad sufficientiam solum simo, & ex sufficientibus & inefficacibus minima: cum vero in aliis, qua: vt cogere ad electionem efficaciam non valens, mouere tamen, atque agere ad illam Deum intendenter possit, & hanc intentionem, nec summum, nec prope summum ferientis & propensionis affectus (circa efficaciam vero) attingere non debet ostendimus, citato numero sexto vbi, & numero 7, ostendimus. Inde vero esse veram, ac seriam Dei erga reprobatum etiam salutem inefficacem intentionem nec minimo vel circa circumferentiam, & propensionis contineri. Hac vero propensionis, & ferientis iniquitate in intentione.

Christoph. de Ortega de Deo Vno, Tomus II.

nibus Dei efficacibus erga finem creature rationali, contingentem, libereque eius etiam arbitrio absolute obtinendum (ac in re presente gloriam à praedestinatis) comprehensa, adhuc facilis, nec una tantum ratio necessitatis directionis scientiae medie ad electionem mediorum, efficaciam pro Praedestinatorem gloria absolute obtinenda in eorum praedestinacione absoluta.

5. Prima: si intentionem salutis eorum summe intra inefficaciam absolutam nec illius consequenda libertati, & merito praedestinati aduersam ferientis, & propensionis ad iporum salutem esse dicamus: tunc enim ex ea intentione àequae determinatus antecedenter manet Deus ad mediorum efficacium electionem absolutam, & appositionem, vt nuper dicebamus, ac si intentione illa efficax foret: ex ea velio antecedente determinatione media absque notitia efficacie iporum eligere absolute, & apponere àequae imprudens (quantum ad eorum electionem, & appositionem attinet) foret, ac si ex efficacia salutis intentione & præmissione ea eligetur, & apponetur: sed, quoniam paucorum ex praedestinatis salutem summa ei ferient, & propensione praetendit Deum arbitror (vt de eximie, quos vocant, praedestinatis Theologo aliqui censem) nec nobis in re Theologica pro libro diuidandi genium est: eti rationes Theologicae questione, pro horum numero decurando adiungit: si ratio secunda, eorum omnium salutem ultra medicoritatem, veriusque summum ferientis, & propensione praetendentis à Deo suisse: ex qua adeo seria, & propensa salutis iporum intentione in Deo presupposta, minus etiam prouidenter se Deus geretur, si mediorum efficaciam ad salutem praedestinatorem quam versus, ac fere prope summum ferientis, & propensionis intendebat, ante eorum electionem, & appositionem absolutam non prænoscet, media virique scientia. At inquit ex intentionis presupposita ferientis, & propensione in reproborum, qui sunt salutem, moueri Deus potest vt efficacia ad illam auxilia conferret, quo in eis praedestinati essent, quin è physica, & morali determinatione intentionis presupposita ad auxiliorum efficacium electionem scientie media necessaria directione probati queat. Respondetur ad questionem de facto, & necessitate scientie medie includente in praedestinatione, que est ad directionem electionis mediorum efficacium quia de facto in praedestinatione includitur; quam certam, & infallibilem de consequence suis, & effectus ad quam praedestinatio est, scriptura, Partes, & Theologi assertunt fatis rationis assignari ex iniquitate, & excessu ferientis, & propensionis ad praedestinatorem salutem in intentione diuinæ salutis iporum praesupposta ad electionem mediorum efficacium, de quibus minime de facto ipsi prouidentur: Tametsi alias praedestinatio aliqua ex àequa, nec magis seria, & propensa intentione salutis, quam quae minime ad prouidentiam mediorum sufficientem pro reprobis supponitur, non repugnat, vt repugnare deinceps ostendamus.

CERTAMEN IV.

Rationes aliae vindicantur.

i. **D**icas alias rationes dedit nobis Vasquez nostra prima parte, d. 93, capite primo, numero quarto & quinto. Primum: quia tametsi ex inefficaci intentione salutis auxilia efficacia à Deo praedestinatis donentur, bonus tamen eorum virus Deo, & principalius tribuendus est ex scriptura, Partibus, & Theologia tota, dogmatica etiam: ergo debet Deo auxiliorum efficacium bonus virus noster voluntarius esse. At nequit Deo esse voluntarius, nisi ex scientia media efficacia iporum, sive futuritionis conditionata boni nostri virus sub illis ab ipso donentur, vt patet: ergo ex ea scientia media debent à Deo donari. Secundam rationem sic instruxit: vocatio con-

Rx gura

314 Contr.VII.de Prædestinatione.

grua, & efficax auxilium prædestinatione à Deo collatum rationem specialis gratia, præsufficiente à Deo alias conferendo, & reprobis collato, debet necessario habere, sicuti habere debent proprii omnes, & directi prædestinationis effectus. Atqui nequit auxilium, seu vocatio congrua, & efficax rationem specialis gratia, & beneficij Dei habere, nisi ex scientia efficacia, & congruitatis ipsius bono vnu conditionate sub ea vocatio futuro constituta, & ex quo maius nobis bonus esse habet, vocatio illa à Deo donetur: ergo necessario ex scientia media efficacia, & boni illius nostri vnu conditionate futuri debet nobis à Deo donari. Major est dogma Theologicum: minor probatur, quia quidquid commodi, bonique nobis, quantumvis magni, ab ignaro conferitur, nobisque ex illo percipitur, beneficij, & gratia (nudum specialis, & maioris gratiae à Deo percepit) nequit rationem habere. Secundo: quia si nuda vocationis, & auxili à Deo donandi, donatiq; de facto, bonique ipsius nostro vnu conditionate futuro non attento entitas consideretur, cum saepe reprobi crebrius, intensiusque vocentur, maior absolute gratia, & beneficium ex prouidentia erga reprobos ipsi, quam ex prædestinatione prædestinatis conferetur, contra dogma Theologicum prefatum. Ratio vtraque displicet nostro Herze loco citato, impugnatque imperi magno numero 24 per paginam integrum; eius tamen impugnationes omnes facile exarantur ex prænotatis num. 4. & inde deductis num. 5. Nitunt enim in eo omnes: quod, nisi ex præsupposita formalis intentione efficacia gloria, aut confessus ad illius affectionem à prædestinato, vel faltem interpretativa in ipsa medijs efficacis electione inclusa (quam nec ipse, nec Valsquez nec nos admittimus) nec specialis gratia in donatione auxili efficacis, prædestinato, tametsi ex efficacia eius conditionata scientia donetur, possit reperiri, nec bonus nostra auxiliis efficacis vnu Deo voluntariis reputari. Posita autem inqualitate, & excessu sericitatis, & propensionis erga salutem prædestinatu, vel in summo, vel versus, aut prope summum in intentione absolute inefficaci, ex qua prædestinato præ reprobo auxilia efficacia donentur, aderit Deo determinatio antecedens ad auxiliorum efficacium præ sufficiens electione pro prædestinatis, ac subinde in horum electione, & boni vnu ipsorum, & consequtionis gloria à prædestinato interpretativa voluntas ratione quarum, & formalis intentionis præsupposita, vel summe, vel prope, aut versus summum factio, & propensiæ in prædestinatu salutem, & interpretativæ in electione ipsa medianum efficaciam inclusa (citra absolutam carum efficaciam, & connexionem intrasem absolutum prædestinari confessui, & cum autem id totum specialis gratia, inefficacis auxili donatione, & voluntarietatis boni vnu, & consequtionis facultatis à prædestinato ex directione scientie media repetitur, quod ex formali, & interpretativa intentione, ac præditione efficaci absolute boni illius vnu, & consequtionis absolute gloria ipse volebat repetiri).

2. Non possum autem non mirari Doctorem hunc, qui formaliter confessus nostri liberi, & gloria per illum obtinende, ex qua præsupposita efficacia media prædestinato à Deo eligantur, & donentur auersatur, & interpretativam etiam in electione efficaciam inclusam, atque auxiliis efficacis, quia efficacis, sic, ut efficacis eligi à Deo absolute, donatiq; prædestinato constanter negat; quia ea voluntate efficaci, & electione auxili, quia, & quia efficacis, exenteretur actus nostri libertas, Soaxi rationem secundam impugnam numerio 21. nichilominus ipsum adeo formaliter negare, & contentiosè electione auxiliis efficacis è sola inefficaci intentione nostri boni vnu, & meriti, & consequtionis gloria per meritum adiuncta etiam scientie media prævia, & diligente, ciuimodi electionem, confessum, & meritum nostrum voluntarium Deo esse, ipsique proinde principali tribendum, & auxiliis efficacis donationem prædestinato speciale beneficium, & gratiam ipsi à Deo collatum esse. Hæc quippe duo Patrum, & Catholica Theologia dogmata sunt, atque iis, quæ ex ipso nunc referabamus statuis inde solum defendi posunt: quod au-

xilio efficaci collato ex prævia, & diligente scientia media de bono nostro vnu, & consequtione gloria, & donec ipsius præ sufficienti electio abolita, & collatio, & bonus eius noster vnu, absoluus voluntaria Deo sit, eique præcipue tribuendus, & inde in longioribus medijs ex utilitatibus maioris præstentia donari, major longe gratia, & beneficium donanti, & bone Valsquez, cum quo ipse in nuper relatis concordia interferat: quia autem in eis principis opponit, leuis fuit, atque hic diluenda: cumque rationes duas nostri Valsquez firmiores persent, tum, ut non vna solam via à nobis offensa numero quinto, ex inqualitate frustis, & excessu propensionis in salutem prædestinatu intentione ad electionem medium efficaciam præsupposita, dogmata illa duo defendantur: dico etiam, quod ex aqua omnino sericitatis, & propensionis facultatis reproborum, ac prædestinatorum intentiones, illi sufficientia, his vero efficacia media donentur, in qua suppositione omnes Herze impugnationes procedunt. Ulterius (ne aliquid, quod eius argumenta vigore polemiciam) suppono: amorem etiam, seu benevolentiam, & complacentiam personalem, hue in persona prædestinato, & reprobri; quam Dei misericordia ipsi conciliat, & ex qua ipsi vnu ei auxilia sufficientia absolute eligit & donat, esse profus aquitatem. His, ut omnibus admissis enervanda fuit Doctoris hum-

5. Tertius Recentiorum scrupulus. An si electione illa auxiliij efficacis, quia efficacia praesciti, efficacia ipsa auxiliij amaretur formaliter, & expresse (quod ipsum de amore interpretatio ipsius dubium esse poterat) boni viis, & consequentia gloriae per illum libertas periretur. Peritam supponit Hesych sepe citato capite 3. & Recentiores alii, contraria quos negantur respondere: quam negariuam resolutioni supponit Soarius 1. de essentiâ prædestinationis cap 7. numero 10. Ratio est in aperto: quia, cum efficacia auxiliij sit in futuritione conditionatae boni nostri viis sub auxilio eodem ad electionem illam præsupposita electionis illius in illo, sive formalis, sive interpretatiue amor (nunc permisilis) solum complacentia esse posset: quare ad illam electio, quia desiderium, & secundum antecedentem suam auctiuitatem minime terminaretur, nedum secundum causalem suam efficaciam, & connexionem, que sola eius statu liberata & purificata condicione eiusdem boni viis libertati absolute posset officere: solum ergo terminaretur in bonum vium sub eo auxilio conditionate futurum: quia complacentia de ipsius conditionata futuritione est, quam tunc supponetur: quia desiderium vero, & actua ea electio est, efficaciam totam; & actuam connexionem in auxiliu tunc solum exercere posset nulquam in eius efficaciam terminaretur: quia vero eius intentu bonum ipsam viam mediate, tunc

Christoph. de Ortega de Deo Vno, Tomus II.

etiam, sicut nunc, causaret, certoque, & necessario necessitate logica, & conseqüente ex futuritione condicione, quam ex eius boni viis, & consequentia gloriae absolute intentione electio illa supponit, activitatem suam in bonum vium, & gloriam prædestinatam absolutam exercere, scilicetque respectu eorum interpretationium desiderium, tametsi respectu eorum intrinsecè efficax interpretationum aliud desiderium non sit: quare nec potest ipsorum absolute libertati officere.

6. Scrupulus quartus. *An directiua electionis prædestinationis scientia ad purum, & adæquate media sit, & quorum conditionatorum continguum?* Et circa primum certum est plures nostro intelligendi modo actus scientie naturalis de rerum naturis, effectis, conditionibus, & proprietatis requiri, saltem remota de prædestinationis electionem: plures etiam actus visionis causarum moralium naturalium existentium in tota prædestinationis serie ad eius effectus apponendos intercedere ut valuerint notauimus, & quantum latit sit, recensimur controverseri. 6. de prouidentia d. 2. quæst. 1. n. 3. & 4. nec specialem in prædestinatione (de qua hic) seu prædestinationis mediæ efficacis electione, quæ in prouidentia, & electione mediæ sufficiens pro reprobatione non inueniatur habet difficultatem, & de re neutrobiique vilam, ut ibi notabam: quare de scientia solum media oportet hic definire ad quenam obiecta conditionate contingencia, eorum quæ in tota prædestinationis cuiusque contextura obveniuntur ostendatur? Brevisime autem statu, eorum omnium continguum, quæ quovis gradu ad finalem gratiam, in qua prædestinatus quisque decedit conductum conditionatum, seu medium scientiam de ipsorum conditionata futuritione ipsius prædestinationis essentialiter ingredi, atque electionum mediorum quarum collectione ordinata illias prædestinationis integra complectur: esse directricem, reliquorum vero continguum, quæ in prædestinationi vita euenient, nec ad finalem eius gratiam vilissimum conducunt scientiam medium non ingredi, neque electionem prædestinationis vila ex parte dirigere. Ratio est facilis. Quia si in qualibet prædestinatione est non ad gloriam vicinque, sed ad tantam determinatam gratiam & iustitiam finali, iurique, & exigentia ipsius respondentem: unde quidquid ad cuilibet gratiam, & iurius illius ad tantam gloriam, ad quam unusquisque prædestinatur, ut medium ad eius contingentes actus quibus particulae gratiarum, & iurius illius respondens, conductus, ad Deo praesciendum conditionata præparandumque est, ut certissime liberetur, & felietur, eo salutis. & glorie gradu, ad quem præscientia & præparatione beneficiorum Dei, seu prædestinationis diuinæ infallibiliter ducitur ac perducitur. Reliquorum vero continguum, quæ nullatenus ad gloriam finalem conductum media, tametsi efficacia prædestinatione, seu electione prædestinationis non apponi certum ex eadem ratione est. Quare neque futuritione conditionatae illorum scientiam prædestinationis medium ingredi, neque ad prædestinationis electionem supponi.

7. Explicatio minutissime conclusio evoluta, docet actus omnes indifferentes (si tales in actionibus nostris admittantur) mediaque sive cogitationes Dei prouidentia hanc dubio disposite ac preparante nos ad illos indacentes de facto è Dei prædestinatione non esse neque efficacia mediorum illorum, futuritione conditionatae eorum actuū condicione scientiam, ut electionis prædestinationis directiua, usquam ingredi: scientiam vero medium efficacia auxiliiorum, & futuritione conditionatae contingens oblationis parvuli ante vium rationis emortui à parentibus vel aliis, quibus ad regenerationis laetacum offeruntur, & intentionis legitime, ac requisiæ baptizantia parvuli prædestinationem ingredi. Item mediorum efficacium, seu conditionatae futuritionis sub illis bonorum operum, ac meritorum prædestinari iusti adulteri, etiam per peccatum mortificandorum. Hæc enim per peccatum reuincere, & gratiam ipsius respondentem per sublegitam penitentiam reficiunt omnium Theologorum communis sententia est: sicut etiam quæ ex opere operato

S 8 ex

322 Contr.VII.de Prædestinatione.

ex sacramentis percepta fuit : quare scientia media de contingenti ciuidem perceptione conditionata ea solum parte, qua ex opere operantis gratia aliquid bono illo ad sacramentum accessu perceptioneque recipit ad prædestinationem spectabit. Rursum scientia media de honestis actibus, & de congruo solum auxilia gratia ad penitentiam prædestinato peccatori pro intentum eius prædestinationem ingreditur : remore enim ad gratiam, & iustitiam finalem prædestinati illius conducunt. Denique, & permissionis peccati media scientia ex cuius penitentia iustior, humilior atque ad ampliori' gratiam lapsum prædestinatus refugiet, ac pristinam recuperabit : focus peccatum ipsum, quod, licet recuperationis illius, & augmenti gratiae occasio sit, à Deo tamen præparatum nūquam fuit, nec intentum. Dixa deinde. Nam h̄et decretum gloriae ob finalē iustitiam prædestinati collatuum necessarij prærequisitum medium sit ad gloriam, ad quam quis prædestinatus est, vt de facto, formaliter, actu, & exercite ab ipso obtineatur, & possideatur : liberum autem, & contingens sub hypothesi decessus prædestinati in gratia, non est ; sed necessarium ex fidilitate promissionis diuinæ de gloria ita decedentibus largienda : quare nec scientia media de eo esse potest ; est autem n̄ ea adesse absolute præmissio.

CERTAMEN VIII.

Vitimi ceteris grauioris scrupuli expeditio.

1. **Q**uintus scrupulus Recentiorum, & qui in re præsente postremus est. An, licet, ut auxilium efficax prædestinatione, seu electione prædestinatio donetur, scientia media efficacia auxilij, seu conditionate futuritionis eventus contingens sub illo essentialiter ad eiusmodi electionem prærequiratur, & ex parte prædestinationem constituit, vt haecne ostendimus ; alio autem non prædestinatione, sive prædestinatione electionis ordine, possit ex scientia solum simplici intelligentia à Deo donari ? ac subinde electionis medijs efficacis absolute sumptæ scientia media essentialis principium directivum non sit ; sed solum electionis prædestinationis, seu ex certitudine, & infallibilitate eventus contingens absolute obtinendi prædestinationis essentia inclusus ; videtur enim ex una parte principium directivum omnis electionis, & collationis auxilij efficacis absolute esse debere : siquidem quoquaque modo, & ordine à Deo efficax auxilium absolute eligatur, & conferatur ex fine aliquo ad quem, non conductus solum, sed de facto, & cum effectu ducat, eligendum, donandumque à Deo est : & à Deo, non quidem inscio, & incerto eventus, non solum quem potest, sed quem habitus de facto est ad finem, ex cuius intentione eligitur, atque à Dei prouidentia ordinatur, est ex inefficaci finis intentione à Deo prouideatur, atque ad finem illum ordinatur ; si quid valent date haecne a nobis, vel ex alii approbatæ rationes pro necessitate scientia media ad prædestinationem constitutam dirigendamque prædestinationem electionem maxime propugnatam certam.3.

2. Aliunde vero videtur scientiam medium de auxilij, seu medijs de se indifferenter, & extrinsecus efficacis, efficacia principium essentialis directivum electionis omnis auxilij illius absolute esse non posse, salua contingenti eventus libertate, ac subinde scientiam media que supponebatur essentia consistente : quare, & sententiam affirmantem contradictionem inuolueret, cum scientiam medium destruat, quam supponit : si enim scientia media essentialis principium directivum electionis auxilij efficacis ab electionis huius secundum essentiam, & intrinsecum sui nude sumptæ, & considerata natura essentialiter præsuppositum, & prærequisitum

fit : fiet, vt in statu absoluto nulla electio, & collatio absoluta auxilij efficacis à Deo esse possit, quia scientiam illam essentialiter, & principium per natura & causalitate presupponat. Cum autem absoluta auxilij illius entitas, existentia, & intrinsecum esse dependentiam à Deo ipsum vere potere eligere, & contere imibiliter medullitam habent, nequeaque Deus illud eligere, & conferre, nisi per aliquam electionem vere possibilem : fiet tandem, ab solitudo esse iustitiam, & entitatem auxilij efficacis scientiam illam, ut si principium essentialis etiam supponere : nempe principium, cum quo purificata conditio per auxilium & ipsum, & contingens quod sub illo erat conditionatum, coque posita in ab solitudo transi, & absolute non esse ex principio, caufaque fuit & purissimo essentiali, & antecedente natura profus repugnet : quod ipsum est liberum, & contingens absolute non est. Sed neque conditione : cum nec in hanc illo, illoque ab essentia sua essentialiter refuta sit principium illud essentialis sui quae præficiuntur, quae & scientia media, que eiusmodi principium est debet in hypotheti pont ac præcedere, ubi qui sequitur quodvis principium vere causam, & principium, neque ita per accidens, est : ut res, cum proxime non influant, eorum carentiam, seu negationem ex parte actus primi proximi, quem non constituant, non requiri : quare principij proximi, & auxilium & creatam voluntatem adæquate continui differentiate ad bonum auxilij vnam, vel eius omissionem, aut vnam oportunitatem salutis determinacionis, & connexionis principij remoti, per se etiam essentialiter, remotè tamen, requisiti cum bono vna auxilij illius huius libertati officere minime posse. Hac tamen, & alia, que pro compositione præfinitionum notiorum actuum regulatrum per scientiam medium cum conuenienter libera ex Scientiis nostris referendas connuersia 4, de voluntate d. 6, questione secunda respondei etiam hic possem : que tamen longius memoriam nunc, & confutanda non sunt, cum ea omnia locutus esse. Solum addo ea de praesens minoris probabilitatis specie respondei, quoniam pro illis prædictis posse. Cum hæc principia per se, & essentialiter, adhuc remote requisita ad auxilium efficacis, cuiusque bonum vnum non sunt, in præsenti vero, tam electio efficacis auxilij essentia sua per scientiam medium regulata, quam scientia ipsa media, qua regulatur, tam etiam remota, necessaria tamen, & essentia requiri sunt.

4. Dices connexionem illam, tam electionis auxilij efficacis essentia sua per scientiam medium regulat, quam scientia media regulantis cum bono auxilij via, & esse ei contingenti purificata conditio, seu auxilio efficacis per eam electionem absolute posito, consequenter factum, & logicam esse, tametsi in coniunctu electionis illius & auxilij efficacis absoluere bonum illius vnam contingat : est enim connexio à futuritione conditionata, quam scientia media supponit, ut obiectum, tota prouemens,

& quæ vt diximus controu. 6. de prouidentia d. 2. quæst. 2. certam. s. à boni vñus auxiliij illius absoleta positione tandem obiectus penderet: hac autem ex auxilio de se indifferenti, & extinfectus efficac solum à conditionata boni vñus futuritione ab arbitrio creato libere ponitur: ita nimirum, vt ab arbitrio illo nonponi posset, atque absolute omitti: quo, & futuratio conditio sub eo auxilio non esset, sed scientia subinde media, nec per ipsam essentialiter regulanda auxiliij illius electio: ac proinde impediti absolecte ab arbitrio creato ea omnia pro priori natura possunt, ne ficiant: tametsi semel posita impediti nequeant ne sint, ex suppositione scilicet, quod sint, ac pro natura priori præcesserent: immo ne bonus vñus absoletus auxiliij, qui vt illa omnia pro natura priori, suo queque loco, & gradu in suo genere præcesserint absolute existens prioritate natura in cali purificationis conditionis per absoletum auxiliij positionem in genere alio obiectus præcedentis absolute exiftens supponitur: ac proinde vñus ex suppositione, quod absolute sit eo auxilio posito, inferunt eum bonum vñus necessarij absolute sub auxiliij illo posito fore: ca autem necessitas conseqvens solum, & logica necessitas est, non physicæ causæ, & antecedens, vt de se patet, & dicebanus citato certamine quanto ad argumentum simile Recentiorum contra præcedentiam lecitias medietate ad prædictiuam electionem auxiliij efficacis directius, & necessario directius, si ordine prædictiuam habenda à Deo ea electio sit. Mutuan vero hanc causalitatem in diuerso hoc genere, & necessariam ad conciliandam libertatem nostram, cum certitudin, & infallibilitate causalitatis prædestinationis circa eventum contingentem, ad quem per media de se indifferentia, & extinfectus solum efficacia prædestinamus, nullatenusque repugnante suppositione, & ostendimus eodem cert. s. Nihil fani apparentius, & subtilius pro affirmante sententia adducti n. 2. excogitari posse videtur.

5. Statua enim indifference auxiliij entitatiua, quam quæstio hæc supponit, nihil argumentum oppositum probat. Ceterum quippe est entitatem auxiliij secundum le cum boni vñus negatione esse coniungibilem, quod si de facto coniungendum cum illa fore, si daretur (vt coniungenda esse sufficiens, quæ reprobis datur certissimum est, licet de ea entitate sua cum bono ipsorum vñi potuerint coniungi) ex scientia solius simplicis intelligentia possent conferri: quare effientia, & entitate ita electionem regulatam per scientiam medianam non respiciunt ut à Deo absolute apponantur: vnde in hypothesi in qua secundum solam, nūdamente entitatem suam possum auxiliij est, futuritione conditionata, s. fulvi boni vñus non respicit, cum neque eius scientia electionem regulatam per scientiam medianam supponat, quod si ita posito in hypothesi auxilio secundum modum suam entitatem cum bono vñi coniungendum conditionate sit (vnde efficaciam extinfectus fortior) quæ à Deo per scientiam medianam videatur: tametsi eius efficacia bono vñi conditionato constituta, & per scientiam medianam à Deo cognita, altera quam ex scientia media auxiliij illud ad finem intentum eligi absolute à Deo nequeat, & apponi: auxiliij illud intrinsecam connexionem cum futuritione illi conditionata boni vñus, quam ex accidentaria ipsi electione ita regulata intrinsecus non supponit, entitate sua non haberet, que secundum se absque electione ita regulata apponi à Deo absolute potuit; sed ratione extinfectus, & contingentia ipsi adiuncta efficacia, seu boni vñi conditionata sub ipsa futuritione: quare nec entitatis positione ex parte aliis primi, qua, & conditio purificatur, & conditionatus vñus bonus in absolutum transit, necessitas physicæ, & natura antecedens ad bonum vñus absolementum ponitur: licet ex minus auxiliij absoleta positione, & futuritione conditionata, quam effientia, & entitate sua (qua sola actum primum ad bonum sui vñus constituit) nec contingit, nec respicit, sed extinfectus, & accidentaria adiungitur, necessario resuluet: effigiat aquinocatio, & fallacia argumenti in eo: quod licet electio per scientiam medianam regulanda, qua ratione efficacia, extinfectus propositus, auxiliij prædicti auxiliij præsumum

Christoph. de Ortega de Deo Vno. Tomus II.

efficax apponendum assertur necessario, ita necessario apponendum ratione entitatis intrinsecæ, & effientiae auxiliij ipsius in argumento pro negante sententia præmissis supponatur.

6. Sed affirmantis sententia argumentum necessitatem omnino modum electionis per scientiam medianam regulare, vt auxilium efficax, raleque à Deo cognitum absolecte apponatur non prorsus euincit: etenim auxiliij sufficientis reprobo dat, inefficacia extinfecta à negatione conditionata boni vñus cognita à Deo per scientiam medianam est: sed tamen absolecta inefficacia illius, & sufficientis auxiliij electio, & absolecta appositiō per scientiam medianam non dirigitur vt ostendi cont. 6. de prouidentia d. 2. q. 2. cert. 2. & dicam controu. 8. d. 1. q. 2. Ergo, etiæ efficacia auxiliij, efficacis extinfecta à conditionata boni vñus futuritione, per scientiam medianam à Deo cognoscatur, non est opus, vt eius absolecta electionis, & appositiō essentialiter, & necessario per scientiam medianam dirigatur, & reguletur. Probatur consequentia, ideo auxilium inefficax, & solum sufficiens eligi absolecte electione non regulata per scientiam medianam, quia dari potest, non quia inefficax, etiæ tale esse cognoscatur, sed solum quia sufficiens positivus: ast auxilium efficax, etiam si tale cognoscatur, potest à Deo eligi absolecte, ac dari, non quia efficax, sed præcisè, quia positivus sufficiens: ergo potest à Deo eligi absolecte electione non regulata per scientiam medianam. Minor statu dimmodo repugnancia non ostendatur: sed probatur potius: quia auxilium efficax, quia vtile, & conducens, seu positivus sufficiens amabilitatem habet intrinsecam: ergo, & amabilitatem, quin vlerius voluntas in extinfectam eius efficaciam tendat, eave ad eligendum absolecte apponendum illud moxatur: ea autem conductuam, utilitas, sive sufficiens positiva sola simplici intelligentia à Deo cognoscitur: ergo ea sola diriger eam auxiliij illius apponendi electionem, & voluntatem: si autem id voluntas Dei potest ex fine exercendi suam in ea electione liberatam, & constitutuē poterit in actu primo proximo ad bonum vñus, & eius oppositum auxilium efficax, quia conductens, & positivus sufficiens præcisè poterit illud ex sola simplici intelligentia, non quia efficax eligere.

7. Quod si determinata boni vñus seria, veraque (tametsi inefficaci) intentione de medio efficacis prouidentia difficultius plane est, non, quia efficax, atque non spectata scientia media de efficacia, & bono vñu ipsius pro priori ad eligidendum à Deo absolecte eligi, & apponi nequeat, sed ob rationem Molinae, Lessivi, & aliorum à nobis propagnatarum cert. 3. n. 3. Definitio ergo in difficultate concluso neutrī sententia fundamenta posita (que quidem virginita videtur) alterum partem concludere. Non affirmamus, quia ex proxime dictis constat auxilium de facto ab extinfecto efficax, non quia efficax, necessario eligi à Deo debere, sed posse etiam eligi solum, quia positivus sufficiens, si ex alio fine, quam boni vñus liberi, & effectus contingentis, & determinati obtinendi, sed indecomitate, & pure permitendo creata voluntatis determinationi alterutrum, a Deo eligatur vt decretum concurrendi indifference cum arbitrio creato permisum solum erga alterutrum ipsius determinationem se habere docebanus tom. 1. de Deo vno disp. 3. quæst. 2. Neque negatiæ sententia fundamentum intentione euincit, vt vidimus proximum. 4. & 5. ultimo tamen ob rationes contra affirmatam sententiam num. 6. atque hoc 7. das directionem scientia media essentialiter ad auxiliij efficacis electionem non requiri, tametsi ad prædestinationiam electionem, & de quovis contingentie fine, ad quem est intento de auxiliis efficaci prouidendum sit, ad electionem similem essentialiter requiratur.

* * * * *

Q V A E S T I O III.

*De electione ad gloriam ante absoluta
merita prædestinati præuisa.*

Muierisaliori titulo, quam ab alio solet, quæstio proponitur. De electione enim solum efficaci ante merita absolute præuisa magna contentione à Theologis nostris disputatur, ex quo Valquez & Soarez, (duo illa Scholastici belli fulmina) tot post Herculeos Scholasticorum veterum labores plus nobis vtra Theologia ostendentes super ea questione magno, & ingenio, & studio decertarunt; sed tamen vniuersaliori proponenda vñ nobis est: cum, ut nihil quod ad antecedentem electionem ad gloriam à Deo Patres tradidicunt omittatur: tum, ut corum, qua Valquistæ, & Soarista ex scriptura, & Patribus pro sua quique sententia, & contra aduersam producunt, æqua iudicis lance librentur. Quæstio autem de adulutorum prædictione procedit: infantium enim parvorum cum gratia Baptismi ante vñsum rationis decadentiam nulla merita sunt.

C E R T A M E N I.

*Ante absolute præuisa merita eligi ad
gloriam prædestinatos: certum om-
nibus est, de eius vero electionis
efficacia non item.*

Insu certe aliquo vero, & Theologico prædestinatos ante præuisa merita ad gloriam electos esse Theologo viro dubitate non licet: ita enim, & scriptura & Patres paulini loquuntur ut vidimus ex scriptura d. 1. quæst. 2. cert. 2. num. 3. fin. num. 6. & num. 7. voto. Dilecti insuper dicuntur ab illo ipsorum merito n. 5. & 6. ex puraque Dei misericordia, & gratuita voluntate; id quod Iacobi Prædestinatōrum typus, & Esau reproborum exemplari, ac insuper maslæ eiudem partim in vasa honoris, partim in contumeliam vasa pro filiū arbitrio electæ, dispositæ, Paulus explicit ibi, & confirmavit. Ex quibus certum omnibus est omnino Prædestinatos ante omnia ipsorum meritum ad gloriam, perpetuamque cum ipso amicitione à Deo fuisse ex scriptura, Patribus ad ea scripture testimonia, liquido constare: quare, & electionem ad gloriam ante præuisa prædestinatōrum merita à Theologis omnibus vero aliquo Theologico sensu admitti absolute debere, nec posse omni vero Theologico sensu à fano, & Catholico Doctore absolute negari sola est locutio quedam difficultilis Augustini ex quæst. 2. ad Simplician. (de qua rufus certam 4. fufius agetur) ad infinitum efficacia electionis antecedentis merita prædestinati ad gloriam, quan, dum negare semel videatur: quare his iterum verbis: non tamen electio, ad gloriam præcedit insufflationem (que vtique ex prædestinatione procedit) sed electionem insufflationem (que post prædestinationem ordinatur eff.) & causalitat̄ intentionalis hac ratione probat. Nemo enim eligitur, nisi iam distans ab eo, qui rejetur: que nimis distanda ante merita, ac demerita prædestinati, & reprobi non est: quare prædestinati ad gloriam ante merita electi vila eis per Augustinum nequit: verum, cum de efficaci electione ad gloriam ibi agat hanc ut summum ibi negasset. Secundo forte, et si non ad rem ipsam, ad absolute denominationem electionis, sive ad gratiam, sive ad gloriam viuis p̄ alio diversitatem aliquam ex parte ipsorum (quam distan-

tia nomine explicavit) ac, præsupponi censuit.

2. Ceterum, verus sensus Theologicus electionis prædestinatōrum p̄ reprobis ad gloriam, quo admissa ante præuisa absolute prædestinatōrum merita, à Catholicis cunctis Doctribus electio eiundem ab solito debet, speciatim, & determinate affigari non ita potest: si enim electionis antecedentis merita nomine intentionem solam (salutis coram velis significat), ab eius erga prædestinatōrum gloriam efficacia, vi non supponimus, præficiendum; cum etiam erga reproborum salutem habeat Deus, neque inde coram præprobis electio afferi: cum sit in ea intentione falsa, & gloria reprobis prædestinatis æquales: quare neque hi ab illis differet, vt ad proprietatem electionis vñne p̄ alia oportebat. Nec fatis videtur efficaciam medium p̄ prædestinationem preparatus prædestinatus accellus, quia prædestinatus, ac preparatus medium efficaciam gracie voluntas ad gratia media, non intendit ad gloriam se vñterus extendit, maximè in nostra sententia negante electione mediorum propria finem amari. Tum etiam: quia ex intentione inefficaciam tam seria tametsi, veraque finis efficacia media ad hanc intentionem adhiberi posse non ita est omnibus certum. Sed tamen ex dictis controvergia 7. & concordia, de prouidentia electionis ad gloriam prædestinati p̄ reprobo ante eius merita absolute præuisa veris propria determinante sensus duplex facile inveniatur. Primo ex dictis controvergia 6. d. 3. q. r. certam. 2. & 3. vñ iniquitatē seriatim, & propensionis in finem intrans in inefficacibus absolute intentionibus veris ostendimus, vñque vñficiisque motuam ad electionem medium, vel sufficientem, vel efficaciam, vel utramque, iuxta maiorem, vel minorem intentionem inefficacium seriatem, qua fieri potest verolimitante, vñueris taxauimus: inde enim dici recte, facile potest: salutem, & gloriam prædestinatōrum indicat quidem, ast propensio, impensusque inefficacia mediorum electionem, ac subinde ante eum sensus absolute intentantem est, quam reprobatorum falsa inefficacia intendatur: ac propinade in intentione p̄ gloriam prædestinatis eius a reprobo ex parte Dei ante vñ merita absolute illam intendentis, clarer diversitas sufficiens, ob quam prædestinatus p̄ reprobo ad gloriam electus ante præuisa merita eius iuste iudicatur.

3. Secundus verus Theologicus sensus electionis signatim prædestinatus p̄ reprobo ante illius absolute intentationem p̄ scriptura Patribus, & Theologis cunctis admittit, atque admittendit, æque facilis, atque, ut animo communior ipsi est, admissa æqualeitate quoad ferentem & propensionem intentionem diuinam erga virtutem salutem nullaque in eo vñtrisque diuergetur. Cum autem ex parte intentionis glorias prorsus æquales tamam, atque discrimen necessarium, ut prædestinatus p̄ reprobo ad gloriam æque vñtrique intentant electus sit, at iure dicatur opere ad mediorum efficaciam electionem pro salute prædestinatus, potius quam pro salute, & gloria reprobi ex ea intentione ortani, sive ad eius prædestinationem recurrere: eius vero accuso multo ex capite intentio illa, vel prædestinatione ex ea intentione orta, atque absolute prædestinati merita antecedens, ipsius p̄ reprobo electio ad gloriam absolute est, & ita dicetur. Primo: quia prædestinatione, sive electio efficaciam mediorum per scientiam medianam de eum efficacia directa ex intentione determinante salutis prædestinati, & gloria ipsius voluntas interpretatio est, vidimus d. 1. quæst. 2. certam. 4. num. 3. à medio, ac decisio, que deficit respectu reprobi, cut, cui equalis intentione, sufficientem solum auxilia ad salutem possidentur. Secundo: quia corum electione per scientiam medianam directa, seu prædestinatione determinatione determinantur, seu necessarium consequentem ali quam, nimis ad gloriam suam, Dei voluntate prædestinatus p̄ reprobo habet, ut vidimus ea qualibet certam, atque de prædestinatis gloria Dei intendenda cura affective maior, quam de gloria reprobi et corum mediorum electione, ut vidimus cert. 3. num. 7. Ac de manu, tametsi æque intrinsece de vñtrique gloria intentione Dei sit, tamen respectu gloria prædestinatis totam suam actitatem, & affectuum motionem exercet de

facto, quin eius aliquid otinetur, dum ex scientia media de auxiliorum efficacia non, nisi auxilia efficacia, præparat; prouidetque prædestinato Deus, scientiamque media de ineffacia auxilij sufficientis ex ea intentione detinetur, ne illud ipsi donet; cum tamen ex æqua intentione salutis, & gloria reprobri, similique scientia ineffacia auxilij sufficientis, quod ipsi donet, eius donatione non absit nece; nec scientiam medium de efficacia auxiliorum allatur, quæ eidem denegat expectat pro priori ad ipsorum electionem quam habiturus non est: itaque totas suas affectivas vires exercite, & in actu secundo electionis mediiorum, ad quam Deum mouet respectu prædestinati, gloriaque ipsius, intentio illa explicat ac exigit, non autem respectu reprobri cuique salutis, ut illa ipsa quæst. certam. 7. numero 3. dictebamus: cum respectu illius vis motiva ad efficaciam mediiorum electionem intentionis illius otinetur, solumque materialiter, & identice non autem realiter formator præcedat: quare, tametsi, secundum se præcise sumpta, æqua respectu gloria virtusque sit, vt se tamen, si amper affectivam vim, & motionem in electione maiorum ad finem explicat, exigit, & exercet, etiam ex parte actus primi prædestinati præ reprobo electio ad gloriam ipsius merita absoluta antecedens absolute est, ac meritum nuncupatur.

Hoc itaque, ut minimum, sensu electione prædestinatarum ad gloriam ante ipsorum merita præuisa absolute dogmatis statuta; an eiufimodi antecedens prædestinationem, & merita electio prædestinatio ad gloriam efficaciter fit de facto, effeve posse aut debet? apud Scholasticos Theologos dubitatur, in ea vero questione duplex tantum Scholasticorum opinio absoletu altera affirmans, altera absoluere negans ablique vteriori examine, & distinctione, sententia Authorum referi solet: cum tamen sit in quaestione proposita dubium triplic. Primum: an electio absoletu efficax prædestinata debet prædestinationem, ac subinde merita absolute prædestinata antecedere? secundum, ad de facto ita antecedat? Tertium, an ita falem posset antecedere? ex horum dubiorum in quaestione praesertim indistinctio, atque inaduentata antecedens electionis gloria ad merita prædestinata ab omni Theologia vniuersitatem ab eius efficacia, & ineffacia præcindendo admisit, à nobisque explicata hæc tenet, factum apud Authors est: utiam pro affirmativa, quam pro negante sententia tumultuaria, & indiscernitam prolixus, aut horum, cum ex antiquis, tum ex Recentioribus Scholasticis syllabus texatur, dum Recentiores quemcumque eleemos ante præuisa merita, immo & ipsorum prædestinationem, prædestinatos absolute docentem legunt (vt omnes docere absolute debent cum non nisi ex intentione salutis absoletu prædestinatio, & mediiorum efficaciam pro prædestinationis electio efficeretur sive efficax intentione sue inefficax essenda sit) statim pro antecedente electione absolute efficaciter ante merita prædestinata illius desribunt. Infuper eos Doctores Recentiores, qui de facto affirmant, quafipræ causa communii omnibus referrunt omnes: cum tamen longe alter alij, atque alij in quaestione de facto affirmant. Alij autem de facto affirmant, quia aliter fieri posse negant, atque ita necessario fieri debere arbitrantur. Alij vero fieri posse aliter fatentur, ita vero ad Deo factum sentent: eo etiam dictum est pro negante sententia de facto stare Doctores possunt: ut alij de facto intentionem glorie, sive electionem prædestinata ad gloriam absolute efficacem, & antecedentem ad illius merita negant: quia eam cum meritorum, ac subinde intentionis gloriae per illa merita libertate afflent repugnare. Alij vero, quia, et si cum eam amice indicent componibilem: tamen ad Deo habitum eiufimodi absolute antecedentem efficacem intentionem, sive electionem ad gloriam prædestinata indicent non sive: Ego vero his notatis Doctorum pro alterutra parte ab aliis relatorum differentiis, & sensibus distinctius procedam, nec tam longum, quam alij Catalogus pro alteruta questionis presentis parte proponam.

5. Et ex antiquis Scholasticis neminem pro alterutra sententia tuto referi posse censeo. Non quidem pro affirmantibus quia hi de electione prædestinata ad gloriam ante eius absolute merita præuisa absolute dilputarunt,

nulla absolute efficacia intrinsecæ ipsius antecedentis electionis ad merita absolute prædestinati facta mentione, quin de antecedente absolute electione eius ad gloriam sensu à nobis explicato, atque ab eius absolute efficacia, vel ineffacia præcindente sunt plane locuti, ut statim in S. Thom. pro ea sententia affirmante ex variis eius locis recitato offendimus: sed neque pro negante sententia certa fide referi veteres Scholastici possunt, quin facile de executiva Dei, & collativa voluntate gloriae prædestinato (quæ ex fide non, nisi proper præuisa merita, est) explicari possint, ac debeant. Debeat inquit: quia cum electione prædestinata ad gloriam non, nisi ob præuisa absolute merita constantius, expellitque negant, de executiva, & collativa gloriae loqui se aptius produnt: quia electionem prædestinata ad gloriam absolute talentu vero Theologico à nobis explicato sensu negare nequeunt: quin cum Theologis omnibus, tanquam dogma Theologicum vivis ea de re agunt admittunt: ergo pro affirmativa sententia de facto electione efficacia absolute gloriae prædestinata ante eius absolute merita præuisa, nec aliter haberi à Deo prædestinationem posse ni eiusmodi electio procedat, afferunt Bæner. 1. part. q. 2. 3. vbi etiam Zumel Nazareti, Ripa, Nazarius, Albelda, ac reliqui Recentiores Dominicani, qui in 1. part. S. Thom. scripserunt, & in decretis prædeterminatiis, ac physicas prædeterminationibus actionum creaturarum contingentium Magistrum Bæner Dicem sententia: cum enim media, seu auxilia efficacia ad gloriam contingenter per actiones liberas obtinendam prædestinatione à Deo exhibenda, intrinsecus efficacia, ac proinde ad actiones liberas, & gloria determinate à prædestinato obtinendam determinata, ac determinanta de se sint, nisi ex intentione efficacia absolute & intrinsecæ tali eligi à Deo, ac prædestinatione donari non posse consequenter censem: id quæ simili intelligentia, quam solum admittunt, ut patet ex iis que diximus contouersia 6. de prouid. d. 2. quæst. 2. certam. 2. conclus. 1. & d. 3. quæst. 1. nempe ad prouidentiam diuinam erga causas naturales de se ad effectus edendos determinatas, & necessarias, atque erga corum effectus, solam scientiam simplicis intelligentiae, & naturalem inservire, atque solam intentionem efficacia debere præcedere. Proinde suis hinc Thomistis Recentioribus contentit, ac reliquis (Bæner excepto) hac etiam in re præiuuit Alvarez 1. de auxiliis d. 3. conclus. 3. citatur Scotus cum suis, sed fide non bona.

CERTAMEN II.

*Omissis Thomistis sententiæ, &
Patroni.*

1. Cum Thomistis agendum hic non est, nec cum Scottis aliquot Recentioribus, qui a suo Praeceptor, & reliqua doctrina sua consequentia desinent, cum satis eorum fundamenta tom. 1. de Deo uno fuerint à nobis difœcta. Alterum longe affirmatum de facto sententia plures alij sequuntur, qui physicas nostrarum actionum prædeterminationes, decretaque prædeterminata reicitant: quare, & scientiam medianam de conditionata contingentium nostrorum, vel implicita, ut ante Molinam Scholasticis veteres omnes, vel explicita in terminis omnes scholæ nostræ Thomistica Iesiana, qui Molinam nostrum ea in re habent præceptorem: quorum acutatum & copiosum elemulum possumus tom. 1. de Deo uno controu. 2. de scientia, & præfertur controu. 3. de decreto diuino concurrendi ad liberas creatas operationes d. 1. fere tota atque eos omnes redegimus ad summam. Ex iis ergo non pauci affirmantur sententia in quaestione de facto adhaerent, ita vero, ut mediiorum, seu auxiliorum ad salutem extrinsecus solum, ut docent, efficaciam pro prædestinatis electio, atque subinde prædestinatione abique

ss. 3. *absoluta*

326 Contr. VII. de Prædestinatione.

absoluta efficaci de se electione prædestinati ad gloriam antecedenter ad eius merita absolute praesua esse à Deo potuerit. Sic censeo docuisse Caietanum ad locum citatum ex 1. part. Sotum in 1. d. 41. quest 1. §. potest aliter. Et si qui alij de electione hac antecedente & abolute efficaci ad gloriam in terminis ex veritatisribus Scholasticis afferuerint: illi enim omnes auxilia intrinsecus efficacia, ac subinde decreta intrinsecus efficacia, contingentia per ipsa renueunt, vt citatis locis vidiimus, scientiam medium implice, vt efficax antecedens electio illi absq; adeo aperta cum contingentibus, ita antecedenter intenti libertate pugna confiserit, ut postea explicatus alij iam citandi docerunt. Ex nostris Doctotoribus Salmeron tom. 4. part. 3. tract. 14. Cardinal. Tolet. in cap. 8. ad Rom. annotas 31. vbi Peregrinus d. 4. Cardinal. Bellarm. 2. de gratia & libero arbitrio. cap. 35. Henriquez de fine homini. cap. 11. ceterisque fuisse & distinctus, acutusque Soarius 1. part. lib. 1. de prædestinatione. 8. & opicul. 3. de auxiliis. cap. 16. intrinsecam eius antecedentis electionis efficaciam cum gloria ob abolute merita contingenti intenta, & contingenter, ac liberè obinenda, ac huius, & illorum libertate ex directione intentionis, seu electionis per scientiam medium compones: atque electione auxiliorum efficaciam extrinsecus pro prædestinatis, corumque prædestinationem ex efficaci quoad intrinsecum electi intentione, & electione præstinati ad gloriam haberi à Deo potuisse, & ibi, & ibi, ea ipsi res occurrit, afferit, vel supponit. Soarius confessionis profus Falolus 1. p. tom. 2. quest. 13. artic. 1. dub. 3. multa, & accurata eruditione, ingenio pondere & acuminis sententiam illustrans. Arraga tract de prouidentia, & prædestinatione d. 35. & 36. totis, Curiel in prima Petri cap. 2. controverfa 4. concl. 4. Mendoza Augustinianus in quolibetisticus quest. 1. scholastica §. secundo loca. Pesantius in p. 1. quest. 23. artic. 5. d. 10. & 11. Arrubal. 1. p. d. 72. & 73. supponit capitulo Annibus discursibus, quos Apologia pro scientia media contra eius impugnatores eformat: citantur in id Luce 12. Quia complacuit Patri vestro dare robis regnum. Maldonatus, Ianuenius, Sa, Barradas; sed hi certe electione pro prædestinatione usurpant, quod ipsum voluit citat. Tolet. Granados denique utramque sententiam affirmant & negantem vult conciliare tandem, sed dictis à se contradicte conclusione 1. & 2. que lata pro affirmativa hactenus sententia sunt.

2. Pro affirmativa hac sententia de facto S. Thom. aperto stare eius Patroni cum Recentiores Thomistæ Dominicanæ, tum etiam Thomistæ nostri Iesuitæ contendunt, citata enim qu. 23. artic. 4. ait. Prædestinatione secundum rationem preponit electionem, qua est ratio ordinantis in finem. Non autem precipitur aliquid ordinandum in finem, nisi præposita voluntas finis. Vnde prædestinatione aliorum in finem eternam presupponit secundum rationem, quod Deus velit illorum salutem. Ne bene à nostris Molina articulo 5. d. 1. m. 6. Valentia punct. 4. §. 4. & 5. Vafquez cap. infra citando 10. Lessio etiam infra scđt. 1. ratione 10. num. 23. Becaño infra obiecta 1. salutis eternæ nomine iustificationem, & perseverantiam finalē in hac vita interpretantur. Siquidem idem apud omnes, atque gloria valer eterna salus. Et S. Doctor de salute, qua finis prætentus prædestinatis sit, & ex cuius intentione præstinauitur, loquitur explesse. Ea vero finalis salus, qua finis intentus prædestinatis est, gloria ipsa est non iustificatio, & perfectioria in hac vita, que medium ad finem intentum est, & in 1. diff. 41. artic. 2. ad 1. Elecio diuina est, qua aliqui ex ordine sua sapientia ordinantur ad finem beatitudinis, sed prædestinatione est secundum quod preparantur, cùs ea quæ perdiciuntur in finem; ideo sicut voluntas ordinans in finem procedit auctum voluntatis preparantis ea, qua docunt in finem, ita electione prædestinatione procedit. Et quæst. 6. de veritate artic. ait, prædestinatione supponit dilectionem, per quam Deus vult salutem aliqui: ac prout etiam electionem, per quam ille qui insuffillibiter dirigitur ad finem ab aliis separatur. Et hoc virginitiora S. Thom. pro affirmante sententia testimonia sunt, nam quæ afferri solent ex hac 1. p. q. 22. artic. 2. ad 9. & artic. 3. corp. & cit. quæst. 41. artic. 2. ad 2. &

citata quæst. 23. artic. 5. ad 3. vbi ait: electionis, ac prædestinationis Dei nullam ex parte nostri, adhuc ex gratia, causam, & diuersitatem dari, sed in purum Dei arbitrium & voluntatem gratuitam reduci debet, etiam rem afferuntur. Neque enim electionem Dei merita aliqua prædestinati antecedentem abfolire tales facit aliquo vero Theologico à nobis dato dogmaticum, ut refari negant, sed tolum illam antecedenter ad merita abolute efficacem, quam ciuitati Doctores affirmati Patroni contendunt: sed ostendamus facile, quæ paucis virginitiora recitata Authoribus secundi modi de recitatis n. 6. ex viu esse non posse.

3. Etiam in eis S. Thomas ex necessaria precedencia intentionis finis, seu electionis, & dilectionis prædestinationis præ reprobo, ut illum obtinet, ad electionem & preparationem mediorum ad gloriam obtinentium probat eiusmodi intentionem, seu electionem his gloria prædestinato præ reprobo ad prædestinationem, seu preparationem mediorum efficacium ad illam a præstellenre obtinentiam debere præcedere ac subinde de factis ad prædestinationem præsupponi: ergo si loquuntur intentione finis gloria, seu electione, & dilectione prædestinato præ reprobo ad illam abolute antecedente, & efficace, hanc necessario præcedere ad prædestinationem debere ait: ac proinde non, nisi ex electione efficacie aboluta, & antecedente prædestinationem ei posse contra hos Doctores afferit, solumque Thomistæ Recentioribus facit; quod hi renunt: in autem loquuntur de antecedente efficacie abolute electione ad gloriam, nec ipsi, nec Thomistæ facit: nec minimum negat, sententiam aduertat, sed adhuc evidetius refat S. Thom. vt genuina eius mens ad agendum aduferat, vel secus sit, deprehendat. Valerius vbi proxime S. Thom. explicat, vt & 3. p. d. 23. cap. 1. numero. 10. de præcedencia electionis, & dilectionis præstinationis præ reprobo ad gloriam ipsius prædestinato, quod in prædestinatione ipsa includatur, siquæ ipsa aliam sumptu prædestinatione prior prioritate maiori vñieralitatis, quatenus, iuxta Thomistæ plures, Dei intentione, & voluntate prius ad obiectum in communione, sive ad eius vñieralitatis predicationem terminata intellegit, sive ad prædicandam ad prædictam in particulari, vt scilicet ad efficaciam auxiliorum vñieris auxilii efficacia consideratur electio ipsorum; quam ad ipsa in particulari efficacia, & quia formalis prædestinatione terminatur intelligentia prioritatis vñieralitatis maioris prædicandi confirmari putant nonnulli ex q. 6. de veritate artic. corpore vbi ait: post electionem prædestinatio præ reprobo ad gloriam prouidere media, vi non cedit, sed hi cedent, refutat. Sed plane S. Thom. agit locis citatis de præcedencia intentionis, seu electionis ad gloriam, quæ causalitate, & prioritate naturæ quam physica ad præparationem, & electionem mediorum efficaciam in particulari præcedit, quæ prioritate illa maioris vñieralitatis nequit contineat: loci autem est quæst. 6. de veritate artic. 3. corpore secundus, prioriter etiam naturæ, quæ physica continet, si alioquin continet ut iam videbimus) electionis præstinationis præ reprobo ad gloriam respedi præparationis, seu prædestinationis, & electionis mediorum efficacium in particulari, non autem prioriter maiori vñieralitatis. Tertio alij respondunt in sententia inscripta Thome prouidentiam, & prædestinationem sicut in actu imperii intellectueli, sive imperiū modi (in Thomistæ Dominicani Recentiores volunt) sive indicatiū de presenti (vt vult notifer Ruiz impugnat à nobis affirmatio controverfa 6. de prouidentia dicitur), quod post intentionem finis, & electionem mediorum efficacium à Deo habeatur: sed eiundem imperii communitum de se & S. Thome suppositione effe offendit ibidem: quare, licet Soarius, quæ illi virtut per affirmativa sua sententia testimoniis hanc interpretationis, & solutionis ex mente S. Thomi confessant i. de prædestinatione capite quinto, numero 13., & reliquis, genitio remaneat. Magister mens Didacus Daza arbitrat, genuina S. Doctoris mens non est.

4. Aliande ergo, & locorum Sancti Thomæ probabilitos, & ad eius mentem germanior scolas vñierandus nobis est, quia antecedentem ad mentem ab-

lata prædestinationi, & absolute de se efficacem eius præreprobationem ad gloriam contra reliquos præter citatos paucos prædeterminantes Dominicanos, tam affirmant, quam negant sententia Doctores necessariam ad prædestinationem à sancto Thoma traditam admittamus. Primus esse potest ex quæstione sexta, de veritate articulo tertio corpore, ex qua nobis opponitur: ut sentiat ex intentione salutis creaturam rationalem, & scientiam simplicis intelligentiae de virtute omnipotentie sue, qua scit pro singulis, & omnibus illis auxiliis efficacia extrinsecus seu habitura efficiat contineri, decernat aliquibus præ aliis non de auxiliis, efficacia solimmodo ex ea gloria corum intentione, & dilectione ipsorum prouidere, quin eius decreti efficacia ultra auxiliorum absolutorum positionem ad bonum vnum ab soluto contingentem creaturam rationalium, ac libere per illum obtinendam gloriam absolute extenderit. Et igitur decreto ex intentione salutis eam habito interpretatio falso, & virtualiter magis carnae salutis, ac ipse ad illam diliguntur ad præaliis eliguntur, atque ab eis electi, & dilectione separantur, ut loco citato obiecticetur: ex ea vero portiori illarum per decreta illud dilectione postmodum posteriori signo electione auxiliorum per scientiam medium regula eliguntur auxilia in particulari efficacia, quæ prædestinationis constitit vel completor, atque à Deo est presupposta gloria dilectione, & electione respectu glorie, ineffaci intrinsecus, prædestinationis procedit, secundus sensus sit sanctum Thomam censuisse eis locis intentionem salutis, & gloria formalem, & expressam prædestinationis præ reprobis, horumque electionem speciale ineficacem, & circa absolutam efficaciam, esse propiorem, & impensiorem, quam erga non prædestinationis salutem, eti vero quidem, & fezia intentio horum etiam respectu sit: quare & ea ipsa prædestinationis à reprobis, primo in Dei voluntate dicuntur, & separari inde posterius natura, quasi physice, electione auxiliorum efficaciam prædestinatione item Dei voluntate discernuntur, ac parentur luxa dicta num. 2. & fors & Th. ex efficiibus voluntatis carum propensionem metitus, & intentionem (ut astimatione humana fieri frequenter, & prudenter solet) maiorem gratiam auxilij efficacis pro prædestinationi, non nisi ex propensione, & intentiore intentione salutis fieri posse, indicavit.

5. Tertius sensus est iuxta dicta numero 3, ut dilectio prædestinationis ad gloriam, ante intentionem glorie illius nullatenus formaliter excendens propensione, & setientie intentionem gloriae reprobis secundum se præcise, prædestinationis, seu electionis auxiliorum efficaciam causam in actu primo sit, ac necessario debet præsupponi, si sit ad electionem quamvis mediocriter finis intentionis, ut ratiocinatur bene S. Thomae, tandem vero electione ipsa mediocriter efficaciam, seu prædestinationem, ad quam mouet, totaque affectivæ motus vires suas exercit, & exercet, causam exercere, & de facto prædestinationis constituit: sicut actione, & causalitate sua causa quævis sui effectus causa ab soluto, & actu præcedens, ac prius ipso constitutus, tamen eadem actione, & causalitate effectus constitutus sibi causa posterior: quare autem vis illa intentionis motiva ad electionem mediocriter efficaciam, que respectu gloriae reprobri aqua intentio ostium, & respectu prædestinationis tota rota exercit intentio salutis prædestinationis, secundum eam etiam in actu primo ostium, totaque vires suas affective impunitas ad mediocriter electionem realiter formaliter præcessisse conuinetur respectu prædestinationis, secus respectu reprobri: ac proprieate realiter formaliter loquendo intentione ipsa gloria entitatibus, & materialiter eadem prædestinationis præ reprobis in actu etiam primo: non solum ad meritam, sed ad prædestinationem à reprobis in ordine ad aternam salutem discretum, & lepatum fuisse, atque p[ro]t[er]e hoc dilectum & ad gloriam electum; tamen ineficaci, & quaque omnino intentione virilissime salutis à Deo intendatur: sicut, exactius, quam aliquibus oportere videtur. Sanctus Thomas mentem exquisit: cum, & mea in ipsum deuotio[n]i, & obseruancia satisficerem, tum, ut his explorauis,

tis, explicatisque sensibus, similium nec adeo vrgentium locutionum apud Scholasticos veteres ab affirmant sententia Doctribus citatos sensum neganti sententia minime aduersum hoc uno codemque labore ostendit.

